# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

## Relinquere u
cum fonte primo

Ecce nos reliquimus omnia
et cetera.
Bene Petre, non ad insipienciam
tibi
quia exultauit ut gigas ad currendam
uiam, nec currentem
sequi poteras oneratus. Nonne utilis
commutatio pro eo qui super omnia est
omnia relinquisse.

Bernardus in colloquio Symonis ad
Petrum.

Dixit enim Simon Petrus ad Jesum:
*Ecce nos reliquimus omnia*
(Mat. XIX, 27).
Bene, optime, et non ad insipientiam
tibi.
Nam et mundus transit, et concupiscentia
ejus: et relinquere haec magis expedit,
quam relinqui. *Ecce*, inquit, *nos*
*reliquimus omnia, et secuti sumus te.*
Nimirum
quia exsultavit ut gigas ad currendam
viam (Psal. XVIII, 6), nec currentem
sequi poteras oneratus. Sed nec inutilis
commutatio, pro eo qui super omnia est,
omnia reliquisse.

Gaufridus Claraeuallensis, *De colloquio*
*Simonis cum Jesu*, 2 (PL 184, col.438B).